2106.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

No 2106.



M Fischer fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

= LN 1440
ex. 1
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

2106.

1

EPICEDIVM

IN OBITVM SERENISSI-
mi Potentiſsimiq; principis Chriſti-
ani Tertij Daniæ. &c.
Regis.

CVI ADIVNCTVM EST CAR-
men gratulatorium de victoria Ditmar-
ſica ad illuſtriſsimum Regis Chri-
ſtiani filium Regem Fri-
dericum ſecun-
dum.

Item.

HISTORIA DE CORONATI-
one eiuſdem illuſtriſsimi Regis Frideri-
ci verſibus heroicis conſcripta.

Autore.
Iohanne Saſceride Vuarmenhuſano.

IMPRESSA HAFNIÆ
Apud Chriſtophorum
Barth.
1559.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

2

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCI-
pem Daniæ &c. Regem D. Fridericum
Secundum, Dominum ſuum
clementiſsimum.

MAius ab æthereo munus vix mittitur axe,
Quam Rex iuſticiam cum pietate colens.
Eius ad exemplum totus fit iuſtior orbis,
Eius in imperio ſtat pietatis honos:
Ille ornamentum terris, is pace clientes
Recreat, & vera relligione beat.
Virtutem ergo, pater tuus illuſtriſsime princeps
Qua nituit, duxi grande, tacere, nefas.
Et potius duris placet obſtrepuiſſe camœnis,
Quam Regis tanti non doluiſſe necem.
Lenius eſt crimen tenuem ſe prodere vatem,
Quam Domino gratum non ſatis eſſe ſuo.
Quęſo meum facili percurras mente laborem,
Nec nimis ad næuos lynceus eſſe velis.
Inuenies illic magni præconia patris,
Forſitan & quę te ſæpe relecta iuuent.
Inuenies vitam, quam tutus vbiq; ſequaris:
Fœlix, quem virtus patris ad aſtra vocat.
Non peregrina procul tibi ſunt exempla petenda,
Te docet en recte viuere vita patris.
Euge lubens imitare patris veſtigia natus,
Paceq; ſubiectos, & pietate iuua.
Te quoq; ſic placidus regat, ac tua geſta ſecundet,
Pepetuaq; velit laude nitere Deus.

S. T. M.
Subditus obſequentis.
Iohannes Saſcerides.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

EPICEDIVM IN OBITVM SERE-
nisſimi & potentisſimi Daniæ &c. Regis Chriſti-
ni Tertij, qui pijſsime quieuit in Domino
primo die Anno.
1559.

LVgubris ah uenit, quam formidauimus hora:
Eheu, mors triſtis quo tua tela iacis?
Scilicet hic etiam ſuperum furis excita iuſſu,
Dum reliquum cæco lumen ab orbe rapis?
Quę tam ſæua Dei placidum cor impulit ira?
Cur adeo is trepidis vulnera dura ferit?
Hei mihi, quam triſtis gentem premit vltio ſontem,
Dum fugit inſtantem læua timere Deum?
Nam fletura ſuis viduari regna monarchis,
Ob culpam populi pagina ſacra docet.
Culpa trahit mala quęq;, Deo teterrima culpa,
Quam ſimul is refugit, nil niſi pœna manet.
Omniaq; in pręceps, cum non Deus illa ſerena
Recreat intuitus fronte, creata ruunt.
Ah, cur tam tarde conuerſi quærimus illum?
Cur quid, præter eum, dulce putare iuuat?
Quin potius digno ſeſe expiat ipſe dolore,
Chriſtumq; exorat quiſq; paratus opem?
Id quia fit nuſq̃, ſed pergimus vſq; prophano
Corde patrare nefas, negligimusq; Deum,
Hinc furit illius cunctis in gentibus ira,
Hinc paſsim nutat Regia trunca caput.
Hinc etiam nobis (caſum dixiſſe nefandum
Horreo) Rex obijt, par cui nullus erat.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Promite pierides lachrymas, proferte querelas,
Lugubreq́; humenti fundite ab ore melos.
Plangant laurigeri communi in clade poetæ,
Triſtia nam veſter fata patronus obijt.
Plangat doctiloquę plæbs nata vacare Mineruę,
Et quibus eſt verbum cura ſonare Dei.
Ceſsit enim terra, ſuperaſq́; migrauit ad arces,
Qui verę columen relligionis erat.
Et per quem Chriſti doctrinam habet vltimus orbis,
Vt, quo vix radios ſol iacit, illa micet.
Vos quoq́; coniunctim ciues per danica rura,
Quos mouit ſtudium pacis, & alma quies,
Iam procul amotis epulis, faſtuq́; prophano
Plangite luctifica pectora nuda manu.
Rex etenim & vita referens, vt nomine Chriſtum,
Sub quo ſecuræ copia pacis erat,
Sub quo fortunę quoq́; munera larga fluebant,
Rex viduam abcedens ille reliquit humum.
Imprimis inopes, patrijſq́; e finibus acti
Plangite ſublatum nocte, dieq́; patrem.
Quid multis opus eſt? ſectum quicunq́; per orbem
Chriſtiadum ſacri dogmata fontis amant,
Seu fuerint humili de plębe, duceſue potentes,
Eximium doleant occubuiſſe caput.
Eius enim ſancta dulcis concordia cura
Ritibus in ſacris, dogmatibuſq́; fuit.
Danorum id pariter populoſa per oppida conſtat,
Id memor auxilij Saxonis ora probat.
Nec minus hoc vltro prędiues Miſnia clamat,
Præſto vbi ſi pedibus non fuit, ore fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Exemplo ſaltem lucente perutile ſanxit
Pacis, quod ſeruet, fœdus, vterq; ſtatus.
Pacis & oſtenſo ſtudio labentia ſolus
Fulſit in extremo ſæcula noſtra malo.
Me miſerum, quam nunc celerabunt illa ruinam,
Si poterunt ferri mole relicta ſua?
Horribilem certe minitantur pendula caſum,
Cernis enim paſſim triſtia bella fore.
Fallor? an & veterum terrent nos carmina vatum,
Qui fore iam clades concinuere graues?
Anno &c. caueat ſibi omnis homo.
Quando & fatidicis dixere hos verſibus annos,
In quibus a quouis ſint metuenda mala.
Iamq; tremas id adeſſe, nouos orbata monarchas
Cum tanta hic illic poſcere regna vides.
Terreor imprimis, hominum dum turpia ſpecto
Crimina, quę nunq̃ linquit inulta Deus.
At pater omnipotens inopum miſerere tuorum,
Pœnitet ah leges tranſiliſſe tuas.
Nec tua nequicq̃ duris vindicta minatur:
Parce, precamur enim ſupplice mente, piis.
Reproba quid faciat, iam noli quęrere, turba,
Quam ſat apud manes aſpera pœna manet.
Afflictis animis commiſſa piacula flemus
Nos ſaltem, populus, quem tua verba mouent.
Accenſam nos iure tuam trepidamus ad iram,
Funera nos Regis flemus acerba pii.
Qui licet haud vllo deſcribi carmine poſſit
Ex merito, vates vt Linus ipſe foret.
Nos tamen, exhibitę moti pietatis amore,
Cogimur ex multis dicere pauca bonis,

Claraq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Claraq́;, quę dedit, acta, foriſq́;, domiq́;, referre
(Redditur Heroi hęc gratia iure) libet.
Sis Deus auxilio, nec noſtrum hunc deſere niſum :
Te cano nunc etiam, dum tua dona cano.
Nunc age ſim gratus, magnaſq́; exponere laudes
Egregij digno principis ore queam.
Si genus illius Lector ſtudioſe requiris,
Non eſt ex humili, Regibus ortus auis.
Quin etiam Reges antiqua in ſtirpe fuerunt
Ex Oldenburgę finibus armigerę.
Id probat & Saxo Vuedekindus & eius ab alto
Sanguine progenitus qui Regebertus erat.
At poſt eximijs ataui virtutibus omnes
Halſaticę terræ prænituere duces.
Dum dux Daniaco Fridericus Rege creatus,
Fœlici & Rex poſt ipſe creandus aui,
1503 Progenuit, cuius canimus præconia, Regem,
(Annus in hoc ſæclo tertius ille fuit)
Mater eum partu venerabilis edidit Anna
Orta electorum ſtemmate Marchiadum.
Natum ſolliciti primæuo in flore parentes
Moribus, & ſtudijs excoluere bonis.
Idq́; opera Vuolfgange tua ſucceſsit, & arte,
Tanta tibi ſiquidem tradita cura fuit.
Vnde etiam factus poſt cancellarius, illi
Sublimi officio conſociatus eras.
Quando gubernaras teneros prius illius annos,
Ingenuo inſtillans omnia recta duci.
Sic neq́; faſtus eum, neq́; dira ſuperbia mouit,
Quę plerumq́; ſolet pectora celſa ſequi.

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Sed facilem ſemper ſe prębuit, atq; begnignum
Cuilibet, abiectę qui quoq; ſortis erat.
Nec ſugit ciuis thalamos ornare iugales
Accedens inopis, largaq; dona ferens.
Imprimis agilis puer otia lenta cauebat,
Membra exercitijs limpidiora petens.
Iamq; adeo celeri iuuenum fruſtrabat inanem
Conatum, ventis ocyor ipſe fuga:
Iam concurrentes protenſa cominus haſta
Deturbabat equo fortior ipſius eques.
Hæcce frequentantem iuuenem florentibus annis
Fertilibus diues Marchia vidit agris.
Clarus vbi elector Ioachimus auunculus eius
Sceptra vacillantis munijt imperij.
Huius enim emiſſus famoſa vixit in aula,
Virtuteſq; viri cernere iuſſus erat.
1503. Vnde etiam fauſto comitatur deinde petentem
Vuormatię celebris mœnia celſa pede.
Annos octodecim tum natus ephebus, vt alti
Carolus imperij nomen, onuſq; tulit:
Quando palam inſtructo diuinitus ore Lutherus
Vera fatebatur dogmata iuſſus ibi.
Turbati proceres illum tacuiſſe volebant,
Prę reliquis iram Carolus ipſe fouet.
Inſontemq; Dei famulum proſcribit inique:
Cur adeo papę Carole diue faues?
Dux autem iuuenis cor nondum affectibus atris
Præcluſum, quos dat ruga ſenilis, habens,
Haurit ibi furtim diuinę ſemina lucis,
Quę cito & excreſcunt vbere iacta ſolo.

Quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Quod Manachus quoq; clamat ibi, dum verba pero-
Myſtica detento ſurgere fune nequit: (rans
At minus inſanum, peregrinos edere geſtus,
Et iuuenis, decuit, ſollicitare iecur.
Idq; ducem terrere quidem, non lædere vero,
Cæſari enim placido ſiſtitur inde, poteſt.
Aſt vbi Marchiaca dein e regione receſsit,
Patriaq; Holſaticæ tecta reuiſit humi:
Aggreditur mira iuuenis pietate parentem,
Quę ſecum attulerat, pura docere ſacra.
Et nouus Æneas geſtando horrentibus illum
Eripuit tenebris, in quibus orbis erat.
Nec pater indocili Fredericus corde diſerti
Contempſit iuuenis grande miniſterium.
Sed cito permotus patria in ditione doceri
Dogma renaſcentis curat Euangelij.
Quoq; magis pietas excreſceret orta, peritos
Aduocat, vt ſpargant ſemina ſancta, viros.
Miſit Iohannem celebris Goſlaria Slauum,
Holſatico vt ſereret verba ſalutis agro.
Iamq; pio ſudore viri ſeges extitit ingens,
Et preſſę vepres occuluere caput.
Cum Deus applauſu grato ad maiora vocauit
523. Munia ſpectatum ſedulitate ducem.
Exul enim occiduas vbi Rex acceſſerat vrbes,
Danorum proceres te Friderice legunt.
In te quandoquidem virtus heroica fulſit,
Quæ mouit proceres vt tibi ſceptra darent
Ergo ſtatim turmas equitum, peditumq; cohortes
Extitit ingentes cogere cura tibi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Iamq́ exercitibus collectis vndiq́ natum
Pacis amans ſenior pręficis ipſe ducem.
Quatuor is viridis tum luſtra exegerat æui,
Cum iuſſus forti eſt regna domare manu.
1524. Nec mora, roſtrata tranſit freta balthica claſſe,
Teq́ adit æquories Haphnia cincta vadis.
Atq́ reſiſtentes electi principis armis
Triſtifica ciues obſidione premit.
Nec potuere ducem tam fortem arcere, ſed ipſi
Vrbs rurſus decimo menſe coacta patet.
1525. Victor eam læto tunc occupat ille triumpho,
die Epipha. Aduocat & patrem, quo diedema ferat,
Qui ſimul aduenit, regniq́ accepit habenas,
Ipſe quieturus patria rura petit.
Atq́ ſuam Spartam, quam iure tuliſſet auorum,
Exornare parat legibus, atq́ fide.
Tunc & fœminei decus admirabile ſexus
Duxit Saxonico ſtemmate Dorotheam.
Quę Regina ſuis poſt clementiſsima facta eſt,
Et cum Rege pio vixit & ipſa pie:
Donec in hunc patriæ communem lapſa dolorem
Lachrymat, heu, ſummo nunc viduata viro.
Viue tamen fœlix, humanaq́ fata triumphans,
Heroinarum nobile viue decus.
Non oblita vnq̃ ceſſabit Dania nomen,
Non vnq̃ natos tot celebrare tuos.
Quinq́ pio ſiquidem peperiſti pignora Regi,
Quorum poſteritas nomen ad aſtra feret.
Anna tibi primo fœliciter ædita partu
Creuit, & eſt magnis pulchra petita procis.
Obtinuit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Obtinuit vero ſeptemuir Saxo cupitam,
Inq́ꝫ ſuam vinctus duxit amore thorum.
Deinde duci Regem Fridericum gratior vxor,
Qui patris excipiat ſceptra relicta, paris.
Viue diu, fauſteqꝫ & tu mitiſsime princeps,
Et rege victrici regna paterna manu.
Sit Deus, ô, tecum, tuaqꝫ omnia dirigat acta,
Et tecum vera nos pietate beet.
Patrem imitare libens, patris ad veſtigia regna,
Nec dubito, ſaluum teqꝫ, tuoſue voles.
Interea, quanq̃ Holſatica Dux otia terra
Coniuge cum chara pacis alumnus agit,
Quæ tamen in toto Fridericus lucida Regno
Acta pater vera pro pietate gerit,
Non minus ad nati ſpectare videntur honorem,
Cuius ea inſtinctu cœpta fuere pio.
Per natum pater edoctus veracia paſsim
Erigi, & extingui dogmata falſa iubet.
Sic magis, atqꝫ magis lucem Hadderſleuia ſpirat,
Et ſecum e tenebris oppida iuncta leuat.
Sic etiam Ripæ, ſic lucis Othonia ſenſu
Emicat, & veras Haphnia diſcit opes.
1533. Verum vbi lux radios ea cœpit ſpargere, morte
Deſerit, heu, pulchrum Rex Fridericus opus.
Illiusqꝫ fluens gelido de corpore ſanguis
Ciuibus orbatis horrida bella notat.
Nec fuit id fruſtra, nam triſtia protinus arma
Chriſtophorus veteri clarus ab arce mouet.
Nec minus orbatis infenſi ſæua minantur
Bella Lubecenſes, Chriſtophorumqꝫ iuuant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Dani ibi, dux ſate Rege,quia hos vir fortis in hoſtes
Emittendus erat, ſceptra dedere tibi.
Nec ſubito nimis illa tibi tu miſſa putabas.
Arripienda tumens ambitione leui,
Sed vix adductus cauſis vrgentibus, ampla
Tutari ſurgis regna paterna manu,
Quando tibi & regni proceres, & Danica virtus
Venit opemq́ manu bellipotente tulit,
Holſaticiſq́ ſuas coniunxit amica cohortes,
Et ſtuduit placitum fida iuuare ducem.
Nam multæ hoc Regnum firmant ornantq́ columnæ
Maiorum inſignes nobilitate viri.
Qui ſimul & leges defuncto Rege tueri,
Cuiq́ relicta velint reddere ſceptra queunt.
Quippe viros hos non armat modo bellica virtus,
Quæ toto quondam ſparſit in orbe minas,
At magis exornat rerum experientia doctos,
Et ſapiens animus, conſilijq́ decus.
Quare vbi Chriſtophorus peditum duo millia ducens,
Meieruſq́ ferox ciue Lubeca tuo,
Non ex more prius miſsis fecialibus, arces
Holſatiæ capiunt, & populantur agros.
Tum princeps iuſte ſumptis fortiſsimus armis
Tritouium rurſus, te quoq́ Othina capit.
Tergaq́ vertentem ſequitur non eminus hoſtem
Ad muros properans alta Lubeca tuos.
At comes interea, Tramundæ claſſe reperta,
Selandos intrat depopulator agros.
Et ſubito Haphniacam conſpectus territat vrbem,
Captiuiq́ ſubit nomine Regis eam.

Tu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Tu Regi electo vires Meiere ſuperbe
    Nequicq̃ opponis, dum Deus armat eum.
Traijciens itaqꝫ Holſatica cum pube Trauenum
    Clade Lubecenſes afficit, atqꝫ fugat.
Nec pramæ obſtantem potuere excindere pontem,
    Verum & ex forti ſunt data præda duci.
Quin ad Slucopium quoqꝫ diuitis vrbis adeptus
    Gaudet opes, & cum nauibus arma capit.
Territa tum pacem venit exorare Lubeca,
    Quam quoqꝫ ſupplicibus non grauis ille dedit.
Nec minus &, capto ſi quid pro Rege valerent,
    Concedit, quoniam ſpes Deus eius erat.
1535. Ergo reuertentem non ægre Cimbrica tota
    Suſcipit, & Regem prędicat eſſe ſuum.
Rumpere nec potuit Clementis factio nautę
    Conſilium, voluit quod Deus eſſe ratum.
Verum vbi progreſſum ſibi mœſta Phionia vidit
    Aſnizum Holſatica ſurripuiſſe manu:
Haphnia deſeritur, ſurgitqꝫ amor omnibus idem
    Lecti terrificas frangere Regis opes,
Sed nihil abſqꝫ Deo cedit fœliciter, ille
    Cui tribuit regnum, tollere nemo poteſt.
Quare vbi committunt læuo impia prælia marte,
    Otius obſtantem contremuere Deum.
Fulminaqꝫ attoniti ſubito iaculantis ab alto
    Axe per Holſaticas ingemuere manus.
Protinus omne ſimul Danorum vulgus, & omnis
    Chriſtophoro miles cum duce Saxo fugit.
Cuius & e ſocijs duo Teccelnburgius alter,
    Alter Hous, comites ambo, obiere necem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Stat quoq; nemo tuis de ciuibus alta Lubeca,
　Contra propoſitum dum geris arma Dei.
Sed fugiunt, partimq; aſperſi vulnere membra
　Tardantur, partim triſtia fata trahunt.
Ponite, ſe ſapitis, iam victi ponite ſaltem
　Bella, magis duros ne grauis ira premat.
Ah mentem leuitas quę cæcis faſcinat ? vltra
　Conſpecto fugitis ſubdere colla Deo ?
Non bene defendet, celſis licet, Haphnia, muris,
　Quos domini ſontes vltio dura manet.
Nam profugis poſtq̃ trepidantibus illa receptis,
　Arcuit Oppoſitis vectibus ægra ducem,
Ipſe ſequens vrbem victricibus obſidet armis,
　Sollicitatq; fame menſibus octodecim.
1536. Interea & Vuarbergenſem ſimul occupat arcem
　Nec Meiere tibi tutum erat iſſe foras.
Quattuor in partes, neq; præter iura, ſecaris:
　Supplicio tanto crimina digna tuo:
Turbaras miſero tu cum Textore Lubecam,
　Cui ſimilem inflixit Brema ſeuera necem.
Porro vbi dura fames portas aperire coegit
　Haphniam, & admiſſo dedere cuncta duci,
Ciuibus is, meritis licet aſperiora, pepercit,
　Et vitam victis, & bona ſalua dedit.
Et cum Chriſtophorus fit ſupplex, ante tametſi
　Præſtantem tumido ſpreuerat ore ducem,
Ipſe tamen deuictum animis ingentibus hoſtem
　Incolumem ad patrios iuſsit abire lares.
Nec minus hac meruit Rex manſuetudine laudis,
　Quam virtute, micans qua fera regna domat.

Ergo

Ergo ſtatim grato proceres diademate Regi
Conſtituunt altum condecorare caput.
1537. Conuenere duces, inter quos pruſsicus heros,
Et Lunęburgę, & Meglopolenſis erat.
Nec minus ipſa etiam legatos oppida mittunt
Vandalico ad noſtrum nomine iuncta mare.
Tuq; ibi pręclaro rutilam Pomerane Coronam
Regi ter fœlix impoſuiſſe potes.
Ergo tuum nomen magno cum principe viuet,
Dum decus erectę relligionis erit.
Hinc decet, vt quantum firmata Eccleſia Regi,
Publicus & Regni debeat ordo canam.
Quęſo Deus vires inopi tu ſuggere vati:
Te ſine res digne tanta ſonare nequit.
Ille Coronatus, rerumq; potitus habenis,
Continuo verę rem pietatis agit.
Omnibus & populis mendacia demere ſacra
Cogitat, atq; horum reddere vera loco.
Non auri tantum ſtudium, vlliuſue metalli,
Quod vena paſsim diuite terra tegit,
Quantum erat eximio Regi cæleſte per oras
Imperium cupidis reſtituiſſe pijs.
Ergo ſtatim cunctas lux ibat maior ad vrbes,
Agnouitq; ſuum Dania ſecta Deum.
Scaniaq; inde fide placidum, & Selandia Chriſtum,
Et cum Lalandis Phalſtria rite colit.
Abijcit, & victrix, aboletq;, Phionia, diri
Sacra libens, etiam Iutia tota Papę.
Nec minus & Regis cura Noruegia Lucem
Cernit, at huic bellum tu quid Olae moues?
Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Sed fugis haud ſero pœnam locuplete ſacerdos
Cum gaza, doctis dans meliora locum
Tum quoq; ſtricta gelu tenebras Iſlandia demum
Liquit, & amplexa eſt Rege iubente Deum
Et quia, poſteritas vt dogmata pura ſequatur,
Cum recte inſtruitur, ſola iuuenta facit:
Imprimis renouare ſcholas, reuocareq; muſas
Digna pio Regi ſollicitudo fuit.
Namq; iterum, bellis immanibus Haphnia quaſſa,
Nudaq; pieriis flebat, vt ante, bonis.
Nunc vero oranti Regi ſua pignora mittit
Vuittenberga graues officioſa viros.
Inter eos clari Bugenhagius, atq; ſacrorum
Palladius princeps, & Machabęus erant.
Quos etiam ſenior Medicus pręceſſerat ille,
Qui celebre a Chriſti nomine nomen habet.
Paulinus quoq; adeſt, qui te Roſchildia cano
Nunc regit, & cupidis pręlegit ore ſenex.
Non reticendus iis comes & Senningius ibat:
Nec refugis noſtram tu Tilemanne ſcholam.
His ſucceſſerunt, per quos nunc Haphnia floret.
Quos etiam dicet tempore Muſa ſuo.
Hos vocat, hos nutrit pater, his Cnardorpica rura
Contribuit princeps libera munificus.
Atq; hinc perpetuos Eccleſia Danica ſperat
Paſtores, doceant qui ſacra pura Dei.
Hinc etiam eſſe poteſt florens Reſpublica ſemper:
Erecta (en) peperit Rex bona tanta ſcholæ.
Quando, vt Euangelii curſus velocior eſſet,
Nil vnq̄ obmiſit Relligionis amans.

Vnde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Vnde etiam Dana reddi ſacra biblia lingua
    Curat, & hic largus perdere gaudet opes.
Cum paucis ea viſa forent, auditaq́; nuper,
    Lecta pijs tenebras nunc pepulere graues.
Nec minus & populo ciuilia commoda quęrit,
    Serio dum pacis commoda quęrit eis.
Vnde lubens longi pertæſus pectora belli
    Cæſare cum placido fœdera pacis inijt.
Ipſeq́; de leuibus non vnq̃ horrentia cauſis
    Mouit bella, neq́; hic ambitioſus erat.
At leuum in reliquis etiam damnabat amorem
    Principibus belli triſtia damna gemens.
Bella nocent certe, bella odit rector olympi,
    Bellis & populi non bene tuta ſalus.
Nec niſi cogenti veniam hæc illata merentur:
    Cogitur is, quem vis, & male facta mouent.
Rex igitur quoniam bella horrida vitat, amorem
    Hunc Deus oſtenſa comprobat eius ope.
Dumq́; ſtudet paci, pacem reperire meretur,
    Et regnum florens cum pietate videt.
Vnde & vicinę gentes heroa verentur
    Vt patrem, & fugiunt lædere quoq́; modo.
Sæpe quoq́; externi petierunt munera pacis,
    Et facili Reges obtinuere via.
Hinc ſupereſt aurum, quo lapſas erigat arces,
    Et faciem accipiat Dania tota nouam,
Nec non mœchanicas quo paſsim exuſcitet artes,
    Largoq́; artifices aforis ore vocet.
Nam coluiſſe ſuas externis artibus vrbes,
    Omnigeniſq́; bonis Regia cura fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Hinc varij allecti mox fabri & commoda regni
Sperant, & regno commoda magna ferunt.
Hinc & Iohannes, vt natus in axe, Sibenus
Mira ſtelligerum reddidit arte polum.
Illic occiduas inuita feruntur in vndas,
Et tamen auroram tardius aſtra petunt.
Curſum ibi concelerant directa, ibi ſidera ſiſtunt,
Nec minus & curuum regrediuntur iter.
Talia pacifico largitur munera Regi
Multa Deus, vincit cætera cuncta tamen,
Quod Regina duces hylari ſua nomine, reqꝫ
Magnum, & Iohannem, Dorotheamqꝫ parit.
1542. Te Proceres Frederice, patri vt ſuccedere poſsis
In Regni ſolium, patre probante, legunt.
Sic iuſto ad votum ceſſerunt omnia Regi,
Sic bona cuncta poteſt dante videre Deo.
Nec tamen illius tanto obliuiſcitur vnq̄
Succeſſu lætus, vanaqꝫ corde fouet.
Crux facit huc, morbuſqꝫ grauis, quem pluribus annis
Pertulit, & dextrum ſenſit adeſſe Deum.
Ille ſuos dura premit omnes faſce, vetatqꝫ
Gaudia ſecuro pectore fluxa ſequi.
Cruxqꝫ pios diuerſa domat, tete optime morbus
Inſtruit at placitum Rex pietatis iter,
Scilicet Æzechie quoqꝫ geſta hac patte ſequentem,
Cuius & in reliquis æmula vita tua eſt.
Tu quoqꝫ de falſis expurgas cultibus aras
Exemplo Ezechiæ, tu quoqꝫ pacis amans.
Tu precibus validis a morbo ſepe leuaris:
At non theſaurus viſus ab hoſte tuus.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Nec tibi tu fiſus (non hinc nos puniet ira
Numinis (id pietas tantane Regis amet?
Qui ſolum quęrenda Deum ſibi gaudia ducit,
Danteq́; quicquid habet, ſe ſcit habere Deo?
Gratus ei ſtudet eſſe, pijſq́; benignus egenis,
Imprimis quibus eſt cura docere Deum.
1558. Nuper adhuc ſequidem miſeris prodeſſe parabat
Per tabulas illis, iunctaq́; ſigna fauens.
Conſtituitq́; graui decreto augenda (vocatis
Ad ſe pręſulibus) commoda pauperibus,
Hoſpitibuſq́; vagis labentia publica tecta
Nunc inſtaurari pręcipit ære ſuo.
Pręcipit & ſacris augere ſtipendia myſtis,
Pręſulibuſq́; pijs, ſicubi non ſat habent.
Atq́; ſcholas etiam vult parua per oppida paſſim
Erigi, & his largas addere mandat opes.
Non referam, quanto preſſos exoluerit omnes
Iniuſte ſtudio, cum ſit vbiq́; palam.
Nulli vel minimo grauis extitit, omnibus autem
Expoſitus miti ceu pater ore fuit.
O quoties viduas animo redeunte modeſtos
Illius erectas vidimus ante pedes?
Iuſticia, & pietas, mitiſq́; modeſtia Regis
Non elegis digne ſunt celebranda meis.
Quum ſiquidem tenui nequeant ſplendeſcere vena
Pro meritis, reticet territa muſa mea.
Mane preces foribus clauſis, & veſpere ſemper
Proſtratus longo tempore fundit humi.
Sacra die toto legit, hortaturq́; fideles
Serio munificum pangere ſæpe Deum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Ipſe etiam laudes a cæna rite canebat,
Et grates animo dixit, & ore Deo.
Nec tam de morbi queritur graſſante dolore,
Quam ſolita tempus quod ſine fruge terat.
Sæpe etiam ſanctę petit ardua munera cænę,
Excitat & famulos hac pietate ſuos.
Et quanquam regno ſapienter prȩfuit heros,
Cura tamen maior relligionis erat.
Cumque viris qui ſacra ſciunt de conſtituendo
Rite miniſterio contulit vſque libens.
Denique quę geſsit, digna omnia carmine geſsit,
Quęque obiter dixit, plena fuere fide.
Fœlices medici, fortunatique miniſtri,
Queis licuit tanto ſemper adeſſe duci.
Fœlices omnes, quibus exaudire loquentem,
Dulciaque aſsidue verba notare datum eſt.
At miſeri rurſus, quos tam cito liquerit heros,
Hei mihi, flenda etiam funera Regis erunt.
Nil hic perpetuum eſt, verum inſtar futilis vmbrę
Pernici aufugiunt optima quęque pede.
Cuncta tremunt ſubiecta truci naſcentia morti,
Captiuoſque homines inuida parca tenet.
Quando igitur morbus, quo bis ſex ille per annos
Preſſus erat, creſcens fata minatur ei:
Non vltra bis quinque dies victurus, ibi heros,
Aptior vt cœli ſcandere poſsit iter,
Se teſtamento Domini confirmat, editque
Credenti exhibitum corde, bibitque Deum.
Et magis aſſueſcit ſuperis cœleſtis & ipſe
Factus, & angelicis maxima cura choris.

Dicam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Dicam etenim, neqꝫ viſa premam miracula Regi,
Quanq̃ ea vix capiet credere tardus homo:
Nuncius en illi cœlo demiſſus ab alto
Aſtitit, & ſummum dixit adeſſe diem.
Cumqꝫ ait, incipiet nouus annus, deſinet iſte
Morbus, & incipiet tum noua vita tibi.
Talia dicta dedit, leuibuſqꝫ euanuit auris,
At non quę dederat dicta abiere ſimul.
Ergo dies Rex ante decem prędicere mortis
Nouit, dum Medici non potuere, diem.
Somnia, dicenti, ſunt, quę Rex inclyte narras?
Reſpondet non ſunt ſomnia, viſa loquor.
Idqꝫ iterat poſt ſæpe, ſibiqꝫ fatetur eundem
paulatim propius mortis adeſſe diem.
Quare vbi deinde noui funeſtum, heu, prodijt anni
559. Principium (prohibe tu Deus omen atrox)
Omnia ſollicite, quę mortis poſtulat hora,
Pręſtat, & vt letho, ſe, properante, gerit,
Serio enim culpamqꝫ ſuam, tectaſqꝫ fideli
Pectore te coram Paule fatetur opes.
Teqꝫ loquente ſacro de nomine dulcis Ieſu
Percipiens animo geſtit, alitqꝫ fidem.
Tumqꝫ iterum ſumit diuini pignus amoris,
Cœnęqꝫ angelicę pabula lætus edit.
Deinde, vt vterqꝫ iubet ſibi Cancellarius adſit
Friſius, & barbes, multaqꝫ mandat eis.
Conſilijſqꝫ ſuis pietatem, & Relligionem
Iam quoqꝫ promoueant ſemper, vt ante, monet.
Omnia pręcipue teneant decreta fideles,
Quę de pauperibus fecerat, atqꝫ ſcholis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Nec defraudata triſtes mercede miniſtros
Dimittant, at herum Regem habuiſſe ſciant.
Deinde ſuam viduam quoq;, pupilloſq; tueri,
Atq; iuuare bona conditione velint.
Electo imprimis Friderico ſemper adeſſe
Req;, & conſilijs, nec violare fidem.
Dimiſsis his, vxorem ſolatur amatam,
Et commendat eam per pia vota Deo.
Et, lachrimis natos veniam cum poſcere vidit,
Impoſita dextra fauſta precatur ijs.
Deinde, vale cunctis aſtantibus ordine dicto,
Sublato, ſoli concinit, ore, Deo.
Morteq; iam properante ſacram Simeonis ad odam
Sępe recurrit ouans pectore, ſpemq; nouat.
Sic pius in Domino tandem Rex lumina clauſit.
Et regno gaudet nunc meliore fruens.
Ille quidem gaudet, ſed plębs orbata per omnes
Luget eum terras, luget & hoſtis eum.
Rex quoq; captiuus tantum haurit corde dolorem,
Tardę vt ſubmittat tabida membra neci.
Nam clęmenter eum tractarat viuus, at eheu
Nunc alio vitam degit in orbe iacens.
Et licet occultes tu triſtis Othonia corpus,
Ipſe tamen celſo laudat in axe Deum.
Ipſe quidem fœlix, qui Chriſtum cernit in alto
Æthere pręſentem, propiciumq; patrem:
At nos ter miſeri, quos tanto principe triſtis
Atropos orbarit, clade minante graui:
Quippe ideo cito iuſtus obit teſtante Ieſæa
Ne ſcelerum pœnas cum grege ſonte luat.

Quare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Quare vbi deceſsit Rex iam ſanctiſsimus, inſtat
    Haud dubie noſtris vltio ſæua plagis.
Sed pietas immenſa Dei eſt, dum pœnitet atri
    Flagitij miſeros, parcit & ille libens.
Corde nouo precor vnanimes intremus olympum,
    Fundamuſq; pio lucida vota Deo.
Se facilem ſic (ne dubitate) precantibus ille
    Offeret, & pœnas leniet vltro reis.
Atq; pij natum patris ad veſtigia ducet,
    Et pacem trepidis, & bona queq; dabit.
Summe Deus noſtros oculo clemente labores
    Aſpice, nec rigidus crimina cuncta nota.
Te prebe nobis placidum, tuaq; adijce dona,
    Viuaq; longanimis collige membra tibi.
Quo te cum Nato, ſanctoq; in ſecula Flatu
    Poſsimus placitis concelebrare modis.

Finis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

AD SERENISSIMVM, AC ILLVS-
triſſ. Principem Dominum FREDERICVM
Daniæ, Noruegiæ, Sclauorum, & Gottorum
Regem, ducem in Schleſuuick, Halſatia,
Stormarn, & Ditmaria, comitem
in Oldenburgo, & Delmen-
horſt &c. Dominum
ſuum clemen-
tiſſ.

De victoria Ditmarſica carmen gratulatorium.

QVam Sol Memnonijs remeās fert lumē ab vndis
Dulce viatori, tarda qui nocte viarum
Inſcius errauit, tenebraſq; & frigora fleuit:
Tam nobis Friderice tuus, luctuq;, metuq;
Diſcuſſo, lætus cantandi affudit amorem
E bello reditus, deuictoq; hoſte trimphus.
Pro te ſollicitos trucis anceps alea Martis
Terrebat modo, terrebat fortuna priorum,
Et gentis virtus, & deſperatio duplans
Indomitis animos: verum te pronus ab alto
vidit cunſtipotens Deus, & ſuſcepit olympo,
Teq; ſuo veluti clipeo protexit amicus.
Ergo, vbi, conſertis manibus, cum gente feroce
Prælia fortis inis, omnemq; ad læta trophæa
Tantas arte viam ſimul, & virtute coruſcans,
Iamq; hoſti clam terga feris, falliſq; furentes,
Iam ſæuos a fronte, & Marte inuadis aperto,

Cog-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Conſpicuaq; micas virtute, & funera miſces,
Cogis inire fugam feſſos, & vertere terga.
Quamq̄ etiam victis redit in præcordia virtus,
Nec tibi cum facili res hoſte erat, omnia ſed qui
Virtutum ſimul, & fraudum documenta probarint:
Plurimus inter eos, veluti tria corpora geſtans,
Ac triplices animos, triplices in corpore vires
Occultans, nequaq̄ ex vno concidit ictu,
Ter læto ſternendus erat, velut Herculis olim
Nec multis truncanda caput fœtum ictibus hydra,
Vix igni, ſæuoq; viri ſudore repreſſa eſt.
Tales ipſa etiam Ditmarſia terra gigantes
Nutrierat, tales tibi prælia ſæua mouebant
Geriones, ſupera tantum virtute domandi.
Nec minus & ſtruxere dolos, iamq; agmina foſsis,
Ferratiſq; pedum laqueis hoſtilia campo
Clam paſsim impoſitis, iam fumo nectere quęrunt
Pulueris accenſi: quin & cum terga dederunt,
Occultis latitant ſpecubus, teliſq; repellunt
Victorem: verum inſidijs tamen omnibus illis,
Et magnis armati animis, & robore miro,
Nil potuere tibi, tibi ventus, & vnda miniſtrat,
Et tellus, &, qui ventis ibi contra it, ignis
Vel potius Deus ipſus adeſt, elementaq; cuncta
Sepoſitis cogit naturę motibus illic
Inſeruire tibi, ac tumido aduerſarier hoſti.
Sic & aqua aufugit miſeros, qua fidere ſemper
Conſuerant, & qua vano ſpem corde locarant.
Venti etiam, quanq̄ viſi ſpirare ſecundi,
Pulueris accenſi tum fumos ecce retorquent

 In cla-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

In cladem ipſorum, victoſq; inimica fatigat
Inſidijs fortuna ſuis, laqueiſq; premuntur
A ſeſe poſitis: in foſſas, hoſtibus ipſi
Quas fodere, cadunt. Deus vtpote liquerat illos,
Qui tibi pronus adeſt, tibi dextram viribus armat,
Et lætos dat ſucceſſus, punitq; rebelles:
Cum iuſta tantum de cauſa prælia tentes.
Nam patrium repetis ius, & periuria vindex
Inſequeris, fractamq; fidem, cenſumq; negatum.
Vtq; refrenetur damnoſa licentia morum,
Sæuitia in miſeros, & ſcommata ſalſa, laboras.
Mens etiam vlciſci proauos heroica ſuadet,
Raptaq; maiorum toties vexilla repoſcis.
Attamen & pacem clęmentior hoſtibus offers,
Si tua ſceptra velint agnoſcere, verum, vbi læuis
Id fugiunt animis, patruo te iungis Adolpho,
Et duci Iohanni, qui tecum armantur in hoſtem.
Nec minus & victis tua lenis dextera parcit,
Supplicibuſq; libens vitam concedis, & omnes
Alta Dei qui verba docent, in pace miniſtros
Dimittis, tibi dum ſeſe committere quęrunt:
Nec ſexus patere, aut ætas imbellis vt vſq;
Militię durę ſubeat mala, lædere tantum
Accinctos, armiſq; habiles, dum paſcitur ira,
Dumq; pericla monent, ſinis atro occumbere læto.
Pacificis cunctis vitam, & bona ſalua relinquis,
Teq; probas nihil æque, ac plebis velle ſalutem.
Quę tibi maiorem pariet clementia laudem
Iuſticiæq; decus, q̃ Mauors ipſe cruentus,
Quamuis adfuerit tibi, ſeq; oſtenderit æquum.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Hinc tua te plebs læta canit, Regemq́ fatetur
Cælitus exhibitum, ſub quo pax grata vigebit,
In quo celſa nitet ſapientia, quiq́ modeſtus
Viribus haud proprijs, at ſolo numine fidis,
Teq́ Dei nutu ſcis debellaſſe ſuperbos,
Illiusq́ timore humilis iam flecteris vltro
Parcere ſubiectis, paciq́ imponere morem,
Patronoq́ Deo iuſtas perſoluere grates.
Euge hoc principio magnam ſpem ciuibus addis,
Euge, Deo iam tecum & nos cantabimus hymnos,
Qui tibi ſubſidio fuit, affulſitq́ benignus,
Et victo inuicto lætum dedit hoſte triumphum.
Ille mea ſemper muſa celebrabitur, ille
Munifica dat queq́ manu bona diues egenis.
Abſq́ illo miſeri ſumus, & puluiſculus arens,
Aſt illo irrigui pręſente vigemus, vt arbor,
Quę viret ad lymphas folijs, fructuq́ decora.
Tu quoq́ Rex gaudes illo Frederice fauente,
Subſidiumq́ ferente: per illum hunc nactus honorem
Et cantandus ades, patrium q̊d viceris hoſtem
Vltus auos priſcos, Regumq́ ablata reducens
Daniadum ſpolia, & delens opprobria gentis
Holſaticę, quę nuper ijs Ditmarſia victrix
Obijcere ore ſolet petulanti ignara futuri:
Nunc probro tegit ora, tuis tu ſplendida victor
Nomina reſtituis: tanta eſt mutatio ſortis,
Ne ſit in humanis cuiq̃ fiducia rebus.
Ipſe tuo princeps gladio, ſceptroq́ benignus
Omnipotens adſit precor, ac te pace gubernet
Ornatum fœlice, tuoq́ exaltet amicos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Imperio populos, & conſoletur egentes.
Rege bono gaudet plæbs, te Rex inclyte talem
Speramus, ſimul & votis optamus amicis,
Atq; huc noſtrum etiam ſtudium conuertimus, huc te
Audaces, quanq; properantem ſponte, vocamus,
Hinc libuit quoq; ſacra tuę cantare coronę,
Craſsiſq; é rerum notulis myſteria Regum
Elicere, & ſub honore tuo dare dogmata cunctis
Principibus, populoſq;, vt honorent ſceptra, monere.
Sis facilis precor, atq; manu mea ſcripta benigna
Suſcipe, & authorem tibi donum exile ferentem
Blandus ama, numeroq; tuoru n aſcribe clientum.
Sic rurſum & pius ipſe, cui ſacra carmina curę,
Cunctipotens tibi mittet opem, & rata vota piorum
Pro te fuſa, magis te curaturus, habebit.

T. S. M.

ſubditus addictiſsimus
Iohannes Saſcerides.

DE CORONATIONE SERENISſimi, potentiſsimiq́ Principis Domini Frederici ſecundi Daniæ &c. Regis, Hiſtorica narratio.

Moeſta pij nuper defleui funera Regis:
Nunc ipſi ſceptro natum, rutulaq́ Corona
Subſtituam inſignem, verſoq́ in gaudia luctu
Mumeris authorem tanti celebrabo Monarcham
Æthereum, nec non & noſtri munia Regis,
Iuraq́ monſtrato ritu, atq́ inſignibus ædam.
Summe Deus, tu qui mundum ſuperante gubernas
Ordine, quiq́ homines, tibi quos placet, induis alta
Maieſtate tua, rectum vt defendere poſsint
Armati, & punire piacula: iamq́ paternum
In ſolium nobis electum imponere Regem,
Atq́ minas abolere bonus dignare Satanę,
Succurras inopi precor, & ſuper ardua vatem
Perducas humilem, rerumq́ arcana doceto,
Teq́ canam gratus quauis concedito ſorte.
Soli cuncta tibi debetur gloria, ſolum
Te placidę memores pacis, grateq́ ſalutis
Dicimus authorem, & meritos tibi pangimus hymnos
Diſsidia, & fera bella ſerit, cędeſq́ curentas
Liuidus hic illic hoſtis, trepidiſq́ minatur
Gentibus exitium, populiſq́ potentibus inſtans:
Tu vero nobis merito Rex Chriſte canendus,
Qui pius exhibeas pauidis ſua vota, fidelem
Conſenſum procerum, gratumq́ in ciue per vrbes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Applauſum, dum legitimo Fredericus honore
Rex vngendus adeſt, ita enim confidimus ipſum
Te Regem fore, dum Regem das legibus illum,
Qui tibi ſit noſtra ante vicarius ora videndus:
Illi aderis vultu clęmente domiqꝫ, foriſqꝫ,
Perqꝫ illum tribues tua munera largus egenis.
Ipſe etiam venit ecce tibi ſeruire paratus,
Et rigidas maiore tui conamine leges
Obſeruare patris, quum nunc acceſſerit ætas,
Ætatiſqꝫ comes ſapientia, quumqꝫ nitebit
Officio propiore tibi dehinc iunctus, & abs te,
Altariqꝫ tuo ſe cernet habere Coronam,
Ciuibus vt bona quęqꝫ tuo ſub nomine pręſtet:
Sponte ſua præſtabit ibi, quęcunqꝫ requiris,
Et laudata ſui veſtigia patris inibit.
Tu modo ſis dux fidus ei, tu dirige greſſus
Obuius, & fragiles cœleſti robore plantas
Confirma iuueni, remoueqꝫ obſtantia ſaxa.
Nunc age Calliope memorandum concine feſtum
Daniadis, quo Regem illorum inſignibus altis
Veſtiet idqꝫ manu ſacri Deus ipſe miniſtri
Palladij, qui clara pie tibi Scania præſul
Inſeruit: Reuerende pater parere vocanti
Surge Deo, gentiqꝫ tuę te cede miniſtrum:
Nec fuge laſſari, dum publica vota iuuabis.
Vt quondam Samuel diuino vrgente, Propheta
Tendebat, mandato, ad Bethlehemitica tecta,
Fundebatqꝫ agilis ſpirantia balſama flauum
In caput electi Dauidis, eumqꝫ Monarcham
Conſtituit, per quem plębs Iſrelitica quouis

Tem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Tempore tuta foret, tumidoſq; repelleret hoſtes.
Te quoq; vox diuina, licet non cælitus, viget,
Seu concors procerum, quibus hæc commiſſa ſuperne
Iuſsio, ſiue tuæ coniuncta vocatio curæ.
Qui ſiquidem reſonante palam ſe prodidit olim
Voce ſua, Deus, en medijs nunc vtitur idem,
Legitimiſq; ſuis vult nos parere Miniſtris.
Quare age, rumpe moras, diuinaq; perfice iuſſa.
Poſtulat hoc Regnum, regniq; arcana doceri
Flagitat ore tuo, tibiq; vni hunc vouit honorem.
Sed bene res habet, ipſe precantibus annuis vltro,
Dania nunc læta eſt, nunc Haphnia Regia ſedes
Iubilat, & Regi digne ſe præparat alto:
Cingit vtrumq; forum tabulis, & mollit acutos
Puluere ſubſtrato ſilices, equitumq; futuris
Magnorum certaminibus parat apta theatra.
Suſcipit & celſos properantes vndiq; fauſti
Principis ad ſpectacla duces, & honoribus horum
Vnumquemq; ſuo dignis pro ſtemmate tractat.
Namq; vbi deuictis Ditmarſis, mœnia gratus
Haphniaca intrauit princeps, manſitq; coronam,
Mater ei imprimis aderat cum fratre minore,
Germanaq; innupta, vt nati augeret honorem,
Quam patrui quoq; Iohannes, & fortis Adolphus
Geſtis præclare rebus læti ambo ſequuntur,
Ille ſedens curru, hic vectus ſpumante caballo,
Vulnere ſanato iam, quo Ditmarſicus illum,
Primo vbi bellator micat agmine, tinxerat enſis.
Quin etiam iuuenis comes Oldenburgius vna
Cum reliquis multis ornat Diademata Regis.

Inde

Inde Lubecenſes, Hamburgenſeſq; decenter,
Dantiſcani etiam legati ex vrbibus altis
Adueniunt, Regiq; nouum gratantur honorem.
Ipſe quoq; Auguſtus Dux expectatus ab alto
Regni concilio tandem dum venit, & Annam
Vxorem, ac Magnum germanum adduxit, honore
Regali excipitur, tota ſtrepit vrbe triumphus,
Innumeri occurrunt proceres, tormenta pauorem
Nubibus incutiunt, ſonituq; tonitrua reddunt.
Nec minus interea turba huc ampliſsima fluxit
Nobilium Regni, quorum ipſo corpore virtus
Lucet, & e vultu præſtantia pectoris exit.
Lucet Iohannes Fries Cancellarius omnes
Inter eos nunc & defuncti mole grauatus
Barbæi: lucet quatuor pulcherimus ordo,
Vigintiq; virum, qui Regem inſignibus armant.
Tandem vbi paulautim venit memorabile feſtum
Principibus cunctis aduectis, protinus inde
Frondibus orbantur ſyluæ, ſpirantibus horti
Floribus, ac totam fragrans odor occupat vrbem,
Ornanturq; domus, ornanturq; atria ſacra
præcipui templi, quod adeſt prope clara lycæa
Pieridum, ſacra virgo tuo de nomine dictum.
Illud & arboreis, Paradiſi, frondibus, inſtar,
Purpureiſq; roſis, aliiſq; virentibus hærbis
Depictum omnigenis prædulcem ſpargit odorem,
Vt vel ea facie populum ad ſe cogere poſsit.
Illic & paſsim depicta tapetia docte
Suſtinet hinc paries, atq; hinc cælatus vtrinq;
Spectantum paſtura oculos, animoſq; labantes.

Nec

Nec minus hic varij generis quoqꝫ muſica doctis
Organa docte inſtructa ſonis, & vocibus adſunt
Suauiloquis aureis cras demulſura peritas.
Eſt locus excelſam iuxta ſublimior aram,
Omne pauimentum iam pulchra vbi veſte relucet
Molliter inſtratum, proceres vt honeſtius aſtent
Eximij, Regiſqꝫ ſui tutentur honorem:
Atqꝫ hic ad dextram (ſacris vbi ſella Miniſtris
Ampla ſatis, iuxtaqꝫ ornatior altera ſtructa eſt,
Quam Rector, dum feſta monent ſolennia, noſter
Intrat) ſerico adeſt flauo tentorium, & oſtro
Late conſpicuum, quod Rex iam ſæpius intret,
Aſt in vicino poſt aram ſtructa nitebat
Cella nouis tabulis, vt ea dein auctus honore
Permutare ſuum coopertus poſsit amictum.
Ad radicem aræ pro præſule ſella locata eſt,
Alteraqꝫ inferius, quam ſtratam ſericum adornat
Flauum cum ſcamno, Rex vt tibi maxime ſupplex
Chriſte futurus ibi pro Regis honore ſederet.
At circum cupidis pro ſpectatoribus alte
Dependent nitidis tabularia niſa columnis.
Cæteraqꝫ ad tantum prius illic omnia feſtum
Sunt inſtructa, futurum & pingunt Regis honorem.
Quare vbi grata dies exorto ſole reluxit
Bis decima Auguſti, dum quinquageſimus annus,
Nonuſqꝫ, exactos poſt ſeſquimille gradatim
Tranſit ab in carnem deſcenſu ex æthere Chriſti:
Cum pater ante duos, vigintiqꝫ inclytus annos,
Et ſimul octo dies hoc pręſulſiſſet honore:
Filius en celſa Fredericus ab arce decenter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Incedit magnis retro ſtipatus, & ante
Principibus, qui diuerſis ex tractibus illum
Inuiſere, hos rauca tuba, & ſub tympano acuta
Tibia per latas deduxit rite plateas.
Ante ducem é regni veteris prudente ſenanu
Præceſſere viri ſenio, meritiſꝗ verendi,
Qui ſacra geſtabant vngendi inſignia Regis,
Ancipitem gladium, ſceptrum, malum, atꝗ Coronam,
Ex auro puro multum rutulantia cuncta.
Crompius auratum gladium Marſcalus habebat,
Auriſtellamis ſceptrum, qui præſidet arci
Haphniacæ, maſſam Holgerus Roſocranzius auri,
Tu rutulam Regi præfers Edelherde Coronam,
Nam procerum es princeps, aulæꝗ vocare Magiſter.
Porro vbi depicti calcarunt limina templi,
Conſcenſis gradibus, ſummam quibus itur ad aram,
Subſiſtunt regni ſeniores, inꝗ parata
Regem ſede locant, cum ſtaret Heraldus vterꝗ
Veſte retro in picta : mox progrediuntur, & omnes
Vnus poſt alium, quę geſtauere, ſacrata
Deponunt ara, atꝗ Deo, qui præſidet aræ,
Regia ſponte ferunt inſignia, deinde placenti
Reddat vt ille duci manibus delata miniſtri.
Tum præſul, quem tanta volens ad munia fauſtũ
Extulit omnipotens, tibi Scania pulchra miniſter
Iunctus Nicoleos, ibi quum candente ſacerdos
Veſtitus lino, linumꝗ tegente cucullo
Cum reliquis iuxta decoratum altare miniſtris
Indutis ipſis alba quoꝗ veſte decore
Siſteret, atꝗ arcana Deum per vota vocaret,
Aggreſ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Aggreditur,fuſiſq́ iterum reuerenter ibidem
Coram ſede ſua precibus, mox ſurgit,& omnes,
Ad populum ſeſe conuertens, voce diſerta
Commonet aſtantes, atq́ hæc effatur ad aures:
Eximij proceres, regniq́ excelſe ſenatus,
Quotquot adeſtis & é populo iuueneſq́ ſeneſq́,
Quandoquidem optato feſtum celebramus honore,
Quo nunc accipiet ſua Rex inſignia noſter:
Id vos præmonitos volo, danda hæc cælitus illi,
Non hominum tantum arbitrio: vidiſtis & ipſi
Cuncta oblata Deo, ſacramq́ illius ad aram
Depoſita eſſe manu ſeniorum, nomine regni
Totius: vnde hodie cum ſit mihi legibus aræ
Commiſſum officium, lecto ipſum tradere Regi
Ne dubitate Deum, quę tradam ego rite miniſter.
Nec ſit ludibrio cuiq̄ ceremonia noſtra,
Quę ſeruata diu priſcorum manſit ab æuo
Traditione patrum, quoniam myſteria magna
Continet, & populos clam, Regeſq́ inſtruit ipſos,
Officijq́ ſui monet omne tenenda per æuum,
Vt pariter clare, cum fiet quęq́,docebo.
Nunc precor, vt digne præſentia feſta colatis,
Nec quiſq̄ admittat petulans, quod lumina lædat
Semper aperta Dei, dum nobis munera tanta
Præbuit,& pulſo cumulauit gaudia luctu.
Læta equidem non damno tamen conuiuia triſtis.
Idq́ ſuo celebrata loco,cum tempora poſcunt,
Vt iam,quando Deus nos exhylarauit amice
Rege dato, per quem nobis volet ipſe pręeſſe,
Sed ſemper merito petulantum crimina damno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Lege etiam damnata Dei, verboq; ſeuero,
Quin ſtudio pietas nunc eſt maiore colenda,
Reddendæq; Deo pro ſummo munere grates,
Nunc memori de corde preces mittantur Olympo,
Perq; pios gemitus oretur, vt adſit egenis,
Atq; nouum fauſtis Regem ſucceſsibus armet
Omnipotens, clemenſq; Deus, cui ſidera parent.
Nam duo traduntur, per quę ſint omnia ad vſum
Sanctificata pijs, verbum, atq; precatio vera.
Nos Regem vncturi verbo lucente iuuamur,
Quod clare teſtetur, eum diuinitus vngi,
Quanq̃ hominis manu, & huic parendũ lege ſuperna,
Legitime quiſquis regnat, legeſq; tuetur.
Idq; é ſcripturis mox percipietis & ipſi.
Nunc orate Deum, ſublimi vt mitis ab axe
Reſpiciat, noſtriq; habeat rata muneris acta,
Fœlicemq; fauens noſtris conatibus addat
Euentum, & Regem diuino extollat honore.
Dixerat hęc pręſul, monitiq; exinde miniſtri
Doctor Iohannes ſcheldorpius, atq; Magiſter
Nicoleos, Regi qui tradit iuſſa ſalutis,
Verba legunt populo, quę ſcripſit Apoſtolus olim
Romanis, cum iuſsit eos parere Monarchis,
Mucronemq; timere, Deus quem tradidit illis
Ipſe malos punire, bonos defendere mandans.
Nec minus & quę Petrus ait: cum pręcipit omnes
Regibus, & ducibus ſubiectos eſſe ſuperne
Emiſſis, tanq̃ Domino, qui lucet in illis,
Et libertatem peccandi vt nemo ſequatur.
Lecta hęc Palladius magis explicat omnia plebi

Denuo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Denuo, & æthereo ciuilia ſceptra placere,
Muniriq; Deo per ſacra oracula monſtrat.
Tandem iterum precibus monet inſtent, ipſeq; flexis
Ad populum verſus genibus voce orat aperta,
Quę Chriſtus docuit, verba, & ſic pręuius infit:
Oratio Dominica. O Pater ô vera nobis Deus addite flamma
Per Chriſtum, qui templa colis radiantia cœli,
Lucidus appareto tuis, paſsimq; relata
Clareſcant tua verba, cadant mendacia falſa;
Spiritu item regnato tuo ſub pectore noſtro,
Noſq; tui ſimiles rurſum efficiamur imago:
Quęq; tibi ſunt grata, alacri pręſtemus amore,
Sicut apud ſuperos tua fit properata voluntas.
Da quoq;, pręſentis vitę quę poſtulat vſus,
Quottidie, neq; ſæua diu nos turbet egeſtas.
Crimina, quę proni committimus, illa remitte
Lenior, vt fratrum neq; nos delicta libramus:
Nec nos tentari ſine, tentatoſq; ſub orcum
Ire tenebroſum, culpamq; admittere menti:
Sed Satanę diſperde dolum, noſq; illius abs te
Caſsibus erepti nitidum ſcandamus olympum.
Tu potes, eſt regnum, eſt rerum tibi ſumma poteſtas,
Eſt diuinus honos, hinc moti dicimus, Amen.
Finita tali prece, ſurgit iturus ad Aram,
Et ſimul hanc prędulcem incedens intonat odam;
Spiritus alme Veni, reple pia corda tuorum,
Veni S. ſ. Et flammis illa vre tuis, & amore paterno,
Qui varias gentes varijs accerſere linguis,
Vnanimiq; paras tibi ſiſtere mente nouatos.
Et mox; mitte tuum flatum, nouaq; omnia fient

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Protinus, atq; tuo tellus renouabitur ore.
Da recte flatu cuncti ſapiamus eodem,
Ac tua fac nobis recreent ſolatia mentem,
Per Chriſtum dominum noſtrum, fidumq; patronum.
Inchoat hęc pręſul, ſimul ante altare precatur
Proſtratus, donec chorus ore excepta perito
Finierat, ſella erectus tunc ille reſedit.
Idq; vbi viderunt proceres, regniq; ſenatus
Conſurgunt, certoq; adeunt altaria greſſu,
Et ſellam adducti Frederici corpore cingunt,
Et ducis oſtendunt habitu, coramq; ſacrato
Siſtunt altari : tum Cancellarius altus
Rite aſſurgenti ſibi fatur talia myſtę
Daniaca orator lingua : Reuerende ſacerdos,
Et pater, hunc Regem Fredericum cœlitus eſſe
Oratio Cancellarij
Donatum nobis agnoſcimus, atq; fatemur,
Qui patris excipiat laudati ſceptra relicta,
Cuius & excellens pietas, & dextera fœlix
Poſcit, vti natum, quem ſpes eſt iuſta, paterna
Virtute inſignem fore, fortunaq; ſequente,
Subſtituamus ei : Regni conſenſus hoc optat
Vnanimis, tantoq; Deum pro munere grati
Nobis propitium lætis extollimus hymnis,
Cuius & officium eſt vnius, tradere Regem
Fœlicem, nec honos mortali is conuenit vlli.
Quare etiam altari memores inſignia ſacro
Tradidimus cuncta, inq; manum donauimus illi.
Iamq; adeo petimus totius nomine Regni,
Seruus vti Chriſti tu, Chriſti nomine, Regi
Noſtro huic electo delata inſignia tradas,

Et Re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Et Regem (quod fauſtum ipſi ſit, & vtile nobis
Omnibus) hunc populo declares ritibus altis.
Dixerat hæc ſenior, retulit cum talia pręſul:
Eximĳ proceres, regni generoſe ſenatus,
Quando tantopere hæc lati me nomine regni
Poſcitis, & vobis ego quoduis debeo ſemper
Subditus officium, nequaq̃ veſtra petita
Tam pia reĳciam, ſed enim parebo libenter,
Cuiq; placet, delata duci regalia tradam,
Vt Chriſti famulus, domino inſeruire paratus:
Illiuſq; audens veſtrum vngam nomine Regem,
Sit precor in laudem eius, & vtile Regno.
Sic ait, & ſimul aſſurgens Heroi recenti,
Conuerſaq; ad eum facie, cum denuo ſedit,
His illum verbis animans: dux inclyte, dixit,
Quando volente Deo, cui regna, ac omnia ſubſunt,
Hac hodie in ſacra Rex confirmaberis æde,
Fide, bonoq; animo ſis, nam qui munia tanta
Prouidus iniunxit tibi, quouis tempore fidus
Pręſto erit adiutor, tutorq; pericula cuncta
Diſpellet, vincetq; tibi, tecumq; nitebit,
Et per te bona quęq; dabit, doctrina ſalutis
Per te florebit ditantem templa, ſcholaſq;
Subſidio digno, per te ſolatia ſancti
Suſcipient inopes, per te omnes pace fruemur,
Liberaq; excelſum fundemus ad æthera vota,
Degemuſq; piam ſine ſollicitudine vitam.
Hæc tibi curanti permulti protinus hoſtes
Partim inconſpicui, partim quoq; ſæpe videndi
Pugnabunt, ſanctumq; tuum tardare ſtudebunt

Propo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Propoſitum, ſed fide Deo, tibi lucidus ille
Perpetuo comes aſsiſtet, iungetq; miniſtros
Æthereos, qui regna ſolent defendere, vimq;
Frangere tartaream, cum Reges oſtia Chriſto
Pandunt, & pia tutelam per vota relinquunt:
Id teſtante patet Daniele, id Rege Dauide.
Tantum tu conſtante Deum celebrare voueto
Propoſito, iamq; ante Deum, qui miſcet vbiq;
Seſe Chriſtigenis ipſius nomine iunctis,
Mentem iure tuam iurando pande fideli
Quod verbum ſtatuas eius, cultumq; tueri
Scilicet, & miſeris quoq; prompto occurrere iure.
Sic vbi fatus erat docto grauis ore ſacerdos,
Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant.
Tandem Rex, digitis ad ſacra volumina miſsis,
Iuſiurandũ Regis. Dixit: Ego Fredericus ad hæc dignante vocatus
Danica ſceptra Deo, corde, haud compulſus, alacri
Chriſti Euangelium, qui noſtræ eſt arra ſalutis,
Qui Regnum mihi ſolus, & hunc donauit honorem,
Teſtor, eiq; animo voueo, & promitto volenti,
Quo ſim cœleſti gratus pro munere patri,
Exoluamq; pios iuſta formidine ciues,
Me ſeruire Deo, ſynceraq; verba paratum
Cuſtodire, ſacro quę ſcripta volumine liquit:
Hucq; ſcholas, & templa ſuis ornare miniſtris,
Adderecq; his facilem per iuſta ſtipendia victum:
Ne Deus offenſus tantis nos dotibus orbet,
Sed ſermone ſuo nos omne gubernet in æuum,
Et flatu recreet ſancto, faciatq; beatos.
Nec minus & preſſos omnes releuare potentum
Iniuſta

Iniuſta ſatagam dextra, legeſq; ſeueras
Nullius intuitus faciem, vel munera cæca
Semper habebo ratas, ac, dum reſpublica poſcet,
Saluaq; iura ſinent, pacis quoq; blanda tuebor
Commoda, nec iuſto proceres, vlloſue miniſtros
Exuam honore ſuo per lati climata Regni :
Si Deus adfuerit mihi, pręſentemq; relinquet
Hunc animum : ſtudio certe nil tale patrabo.
Si quando non ſponte cadens deliquero (labi
Quippe hominis) veniã ſupplex te Chriſte precabor.
Propoſito (nouit Deus) aut petulante furore
Nil contra ſancta hæc tentans promiſſa notabor.
Id Chriſtum, Chriſtiq; volens oracula teſtor :
Ille iuuet, flatuq; ſuo me roboret almo.
Sic ait, & ſacro dextram de codice mouit,
Cum ſeſe ad celſum vertens altare ſacerdos
Inflexis genibus clara ſic voce precatur :
Omnipotens æterne Deus te quęſumus omnes
Vnanimes, regna hæc ſeptem ſubiecta trioni,
Noſtrumq; electum Regem (en tibi ſiſtimus illum)
Clementer videas, & nobis largus egenis
Munifica ſemper tua fundas munera dextra
Per Chriſtum dominum noſtrum, noſtrumq; patronũ.
Dixit, & excepit chorus omnis, & intulit : Amen.
Tum bini pueri litaniam rite canebant,
Reſpondente choro, donec pro Rege precandum
His erat, id ſummus pronunciat ipſe ſacerdos,
Et ſolito de more chorus reſpondet. Ea autem
Cum puerorum eſſet ſortita precatio finem,
Sacrorum exurgit princeps heroa recuruis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

vnctio Regis
Vncturus niſum genibus, primumq́ʒ lacerta
Pollice, mox humeros diffuſo lenit oliuo
Regis, & id ſtillat crucis hæc in membra figuris.
Tandem ita pauca refert, & ſacra latentia pandit:
  Mos plane vetus eſt electos vngere Reges,
Nec modo Iudęis, ſed multis gentibus olim
Notus erat, ſicut paſsim ſacra biblia monſtrant.
Vnde etiam Chriſto, quia Rex eſt, vnctio nomen
Impoſuit, diuinus eum qua ſpiritus vnxit.
Nec tamen hoc Regum ſine ritu nullus vbiuis
Legitime regnare poteſt, ſed libera res eſt:
Non vetita illa tamen, vel condemnata ſuperne
Voce Dei, at multis magis vtilis eſſe probatur
Nominibus, quod nunc vobis exponere nitar.
Namq́ʒ magiſtratus hęc vnctio ſpectat ad omnes,
Non tantum ad Regem, qui ſummo fulget honore
Terrigenum: gladium vero quicunq́ʒ miniſter
Ciuilem gerit, hinc petat is documenta licebit.

Quid vnctio velit
  Primum, oleo quoniam leniri noſtra videmus
Corpora, ſuppreſſoq́ʒ augeri in fronte dolore
Læticiam, pręſertim vbi ſuaui fragrat odore,
Commonet haud dubie nos manſuetudinis illud,
Læticiæq́ʒ pię, quam nulla moleſtia turbet.
Vt Chriſtus quoq́ʒ lætifico perfuſus oliuo
Ieſsidæ canitur, nimirum pneumate ſancto,
Quo ſua clam reficit, cum ſurgunt credere, membra.

Quid vnctio brachij
Quapropter lenitum oleo fragrante lacertum
Regibus, & cunctis, quibus eſt diuinitus enſis
Traditus, inſinuat, leni vt pietate rigorem
Iuſticię moderentur, &, vt frenare ſuperbos,

Non

Non minus & miſeris norint ſe parcere iuſſos,
Sintq́ꝫ ſuis patres, & eorum commoda quęrant,
Sint re clementes ipſa, non nomine tantum,
Sint patres viduis, pupilliſq́ꝫ omnibus æqui,
Sint patroni inopum, ſint & pro paupere plębe
Solliciti, ſint reffugium, quos vrget egeſtas,
Et vel ſubſidio, vel conſilio omnibus adſint
Supplicibus faciles, nulliſq́ꝫ inſontibus obſint.
Hæc oleum tibi lætificum Rex inclyte ſignat,
Brachia dum lenit: verum quid vterq́ꝫ perunctus
Quid humerorum vnctio Vult humerus Regi? vitare videlicet iram
Præcipitem, & lapſus placide portare ſuorum,
Nec temere vlciſci ſeſe monet: ipſe repertam
Vt Rex Chriſtus ouem geſtat, mitiſq́ꝫ redemptor
Humani generis damnoſa piacula tollit,
Ignoſcitq́ꝫ reis, nec blaſphemantibus vltor
Seq́ꝫ, ſuumq́ꝫ patrem, dum ſancto parcere ſiſtunt
Spiritui, æterna furit implacabilis ira,
Nec ſubito pænas læſus peccantibus infert.
Hunc Regem æthereum Reges imitarier omnes
Terrarum properent, & manſuetudine malint
Vulnera, q̃ nimio populi ſanare rigore,
Subiectoſq́ꝫ humeris veluti geſtare laborent
Mitibus, adq́ꝫ crucem ſimul & ſua pectora firment,
Principis exemplo cruce debellantis Auernum.
Atq́ꝫ hac proficient magis, hac ratione triumphos
Inſtituent: nam qui tolerat, generoſius hoſtes
Ille ſuos domat, vt paſſus tenet æthera Chriſtus.
Perpauci ſicca decedunt morte Tyranni:
Sed Regum cantata thronum clementia munit:

Hanc merito tibi laudamus, plębs flagitat omnis
Hanc abs te, ſperatq́, & ſpem compenſat amore,
Compenſat votis, Deus ad te lumina flectat
Cælitus, oro, tibiq́ hæc in præcordia mittat,
Talia commemorat, pariterq́ patentia mandat,
Vt proceres heroa ſua in tentoria ducant,
Et veſtimentis illum regalibus ornent
Exutum ducis ante habitu, tunicaq́ priori.
Qui dum morigeri faciunt iniuncta miniſtri,
Veſtes ipſe ſuas etiam commutat, & ornat
Se caſula, gręcamq́ canens hanc intonat odam:
Kyrie Chriſte eleeſon, eiq́ adiungit, & hymnum
Angelicum, quę cum cantores excipientes
Finierant, oremus ait, ſimul orat & ipſe
Clara voce canens: tete Deus alme precamur
Cæleſtis pater, vt verbo, Flatuq́ potenti
Dona tui Nati magis agnoſcanius, eorum
Participes facti, & plene guſtemus ouantes.
Quin miſeris etiam nobis id cede benignus,
Sub noſtro vt regnum pacatum Rege videntes
Viuamus læti, & laudem tibi dicere prompti
Per Chriſtum ſobolemq́ tuam, noſtrumq́ patronum.
Dixerat, excepit chorus omnis, & intulit: Amen.
Inde miniſtrorum, qui iuxta altare parati
Aſtant, ad populum ſeſe alter vertit, iiſq́
Pauli verba legit quondam tranſmiſſa Bithynis,
Quę ſuadent nobis in Abrahę credere ſemen,
Quod teſtamenti rata ſit promiſsio iure.
Quę tum lecta breui cantores carmine claudunt.
Mox bini procerum deducunt rurſus ad aram
Heroa,

Heroa, ac genibus cum nititur ille, recedunt.
Sacrorum interea princeps nudum accipit enſem
Ipſo ex altari, Regiſq; imponere dextrę
progreditur, vaginam alio ſeruante miniſtro,
Regemq; alloquitur ſimul, & iura ardua monſtrat:

De gladio.

Inclyte Rex hunc fulmineum tibi cælitus enſem
Accipe conceſſum, neq; enim nos tradimus illum
Iniuſſu ſeperum, non tanta homo futibus auſit:
Sed Deus omnipotens, cui cœli ſidera parent,
Ille magiſtratum cuſtodes ordinis armat,
Vt ſontes punire, bonos defendere poſsint.
Ceu quondam Gedeona ſuo pręcinxerat enſe,
Quo Madianitas deleret ſtirpitus vltor.
Hinc quicunq; datum ſibi vibrat lege mucronem,
Vt Gedeon, inuictus trit, ſternetq; rebelles.
Ne ſibi confidat tamen, atq; hoc enſe ſuperbus
Deſuper exhibito properet petulanter abuti,
Sed timeat, rogitetq; Deum ſibi notus, & eius
Epectet moderatus opem, pręſitq; modeſte,
Lenitumq; oleo recolat fragrante lacertum,
Quo gladium gerit, eſſe ſibi, & quos induit armis
Horrendis, humeros, adeoq; benigna rigorem
Temperet, & nimiam clementia mitiget iram.

Quid ſit gladius.

Nec delinquentum cædes tantum, atq; cruorem
Innuit hic gladius, ſed pœnas quaſlibet infert
Sontibus ex merito, punitq; atrocius illos,
Lenius hos, vt digna videt delicta patrantum.
Legitimi quęcunq; igitur ferit vltio ſontem
Iuſta Magiſtratus, ſeſe diuinitus illic
Puniri ſciat ille, Deoq; obtemperet alto,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Iudicibuſq; animo nihil iraſcente minetur.
Iudicium ſiquidem domini eſt: male fungier illo
Vos fugite ô Reges, Nemeſis ne iuſta ſequatur.
Talia dum præſul memorat, Rex tradidit enſem
Marſcalco exhibitum, quem condidit ille miniſtri
Accepta manibus vagina, deindeq; rurſus,
Cum finem impoſuit monitis, reddente, ſacerdos,
Marſcalco, capit, & lateri illum Regis adaptat,
Geſtandumq; docet iuſsis a Rege ſupernis,
Terreat vt prauos, animet defenſio iuſtos.
Hic Rex exurgens tranſuerſum leniter enſem
Quattuor in plagas mundi vibrat, & cito rurſus
Vagina tegit, interea clamante Miniſtro:
Cernitis armatum noſtrum diuinitus omnes
O populi Regem, quo vos tueatur amice:
Non aciem ſiquidem vobis obuertit, at expers
Scindendi latus, a vobis timor abſit vt omnis.
Quanq̃ ſic dextra gladium tenet, vt cito vertat
Illius in ſontes aciem, reprimatq; nocentes.
Hinc omnes, quicunq; hęc intra regna beati
Sunt populi, lætentur, ouent, pia carmina promant.
Nullus enim timeat, qui fœda piacula vitat.
Prauis terrori Rex eſt, ſed pręmia iuſtis
Promittit, Paulo teſtante: timere recuſas
Arma Magiſtratus? bene fac, laudemq; per illum
Nanciſcere: Deo ſequidem in tua commoda ſeruit.
Sin operare malum? treme: nam precingitur enſe
Nequaq̃ fruſtra, ſed ſontem vt puniat omnem.
Quippe Deo famulatur, vt vltor ſontibus æquam
Infligat noxam, tollatq; ex orbe malignos.

Cogitet

2106.

Cogitet hæc populus, Rex hęc perpendat,& omnis
Quęſo Magiſtratus, domino quod ſeruiat, illicq;
Officio ſtudeat grato placuiſſe fidelis.
Hęc grauis vrgebat coram alto Rege ſacerdos,
Qui genibus rurſus iam nititur, eſtq; paratus
Vertice ſublimi fuluam acceptare Coronam.
Quam ſimul ex ara ſumptam tulit ille, reſedit,
Seſeq; ad Regni proceres conuertit, & inquit:
Eximij vtrtute viri, generoſe ſenatus
Tradere me Regi veſtro Diadema rogaſtis,
En ego morigeror, ſed nunc vos oro viciſsim,
Vt mecum cuncti fuluam apprenſare coronam,
Dum Regis capiti imponam, quicumq; poteſtis
Non nimium ſemoti, & ſi qui forte nequitis
Longinqui nimium, tamen & ſudetis ad illam
Extendiſſe manum, Regiq; imponere mecum
Hoc Regale decus: veſtri nam iuris (opinor)
Vtileq; id regno eſt, vt latius inde docebo.
Sic ait, & ſurgens, Regni accurrente ſenatu,
Corona R. M. imponitur.
Impoſuit Regi, tali cum voce, Coronam:
Accipe de noſtra Rex clęmentiſsime dextra
Fulgentem, Regni delati inſigne, Coronam,
Dante Deo tibi patre, ſatoq;, & pneumate ſancto:
Qui tibi det placidus, commiſsi vt munia Regni
Fungaris quoq; iuſte, vt te tua ſacra monebunt,
Nec minus & Regni indigenę tua iuſſa ſequantur.
Faxit hoc omnipotens Deus, Amen dicite cuncti.
Dein monet Antiſtes paulum ſecedere rurſus
Vtrinq; aſtantes Proceres, ſpaciumq; videndi,
Atq; auſcultandi cupidę concedere plębi.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

De ſcep-
tro.

Nec mora, dat Regi in dextram rutulantia ſceptra
Niſo ibi dum genibus coram ara, ſupplicis inſtar,
Et ſimul hæc addit : Cape Rex hoc inclyte ſceptrum
Præcipuum regni decus, ornatumq; Monarchę.
Nam leges, & iura notat, quibus omnia florent
Cælitus exhibitis, quibus horrent regna negatis.
Nam Chriſti ſceptrum doctrina a vatibus eius
Dicitur, emiſſumq; omnes cantatur in oras,
Cum duodena Cohors pia dogmata ſparſit in orbem.
Sic leges Regum ſceptrum Regale vocamus.
Hoc ſceptrum iniuſtos reprimat, releuetq; modeſtos ;
Legibus e ſanctis contractus pendeat omnis :
Legibus, & ſcripto dirimantur Codice lites.
Vnicuiq; ſuum Regno ius, atq; ſtatuta
Patria, quę cunctis rigide ſeruentur oportet.
Nemo ſuum Cerebrum, nemo ſibi viſa ſequatur
Iuratus iudex, dum ſcriptę diſſona legi.
Solus ab accepta decedere lege Tyrannus
Auſit, & huic læſam pręferre libidine mentem,
Atq; animum cupidum damno ſatiare ſuorum :
At Reges videant æquum, legeſq; ſequantur,
Vt Ioſaphat monet, atq; Dei ſe munere fungi
Norint, atq; Deo rationem exinde daturos
Geſtati ſceptri: timeant hunc ergo modeſti,
Cunctaq; ſollicite faciant, dominumq; ſequentes
Nullius iniuſti perſonam, aut munera ſpectent.
Iuſticia ſolium Regi ſtabilitur eburnum,
Et magis illa iuuat, q̃ virtus bellica, Regem,
Quę tamen ipſa iuuat quoq;, donaturq; ſuperne
Cum gladio : gladius fuget hoſtes, atq; nocentes

Repri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

2106.

Reprimat, at ſceptrum longe ſupereminet illi:
Namq; in pace valet magis, & conducit amicis
Regi morigeris, æquumq;, bonumq; tuetur.
Dixerat, & rutulo ſphæram quę fulget ab auro
De Malo aureo. Mox lævę imponit Regis, pergitq; loquendo:
Poſtremo, en, malum regale, crucemq; notatam
In malo ætherei tribuo tibi nomine Regis.
Hoc malum, quia formam imitatur totius orbis,
Admonet ecce tui te Regni, vultq; tuorum
Viuere te memorem, mentiq; obuertere plæbem,
Et veluti geſtare manu, curareq; eorum
Commoda ſollicitum, grataeq; inquirere pacis
Munera: terra tibi ſubiecta, en, pingitur orbe
Sidereos imitante globos, vt ab æthere quippe
Stelligera cuncti tegimur, ſic viuimus vni
Nos hic incluſi ſub te Rex inclyte Regno,
Nos vnam efficimus tibi ſphęram: hanc aſpice ſemper
Sollicito clęmens oculo, geſtaq; patronus.
Vt Deus ipſe etiam prædocte pingitur orbem
Ferre manu, quoniam ſemper memor eſſe ſuorum
Creditur, vt citius mater ſua pignora linquat
Natura domita, q̃ non amet ille renatos
Chriſtigenas, neq; quęrat ĳs pacem, atq; ſalutem.
Immo propheta etiam, quod, vti ſignacula, ſemper
Nos gerat ille manu, verbis teſtatur apertis.
Illius exemplum tu Rex imitere precamur.
Quod vero cruce ſphęra nitet, mortalia Chriſto
Significat Regi crucifixo ſubdita ſceptra,
Primumq; in cunctis quęrendum illius honorem,
Atq; voluntatem ſanctam eius vbiq; docendam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Per populos, dandãqué operam, quo ſancta ſequatur
Doctrinam quoq; vita, crucemq; & ſponte ferendam.
Finierat ſacer Antiſtes reſerare loquendo
Curuatis niſo genibus myſteria Regi:
Qui dein exurgens Marſcalco tradidit enſem,
At ſceptrum, partiq; inſignia cœtera Regni
Dat, quibus iniunctum eſt, illa a prudente ſenatu
Ante ſuum geſtare Caput, Regemq; pręire.
Sic ſua per proceres rurſum tentoria ductus
Accedit, magnumq; duces heroa reponunt
Sede ſua, coramq; ipſo manſere miniſtri.
Pſalmos inde chorus binos canit, in quibus autor
Pſalmographus Regi fœlicia queq; precatur.
Exin ſacrorum princeps hęc denuo plæbi,
Nobilibuſq; canens Regni ſacra vincula munit:
Eximij proceres, plebſq; omnis, danica pubes
Oratio de Corona.
Sat fortaſſe hodie Regis de munere dixi,
Deq; miniſtrorum officio: ſanctiſq; prophetis
Teſtibus imperium Chriſto ciuile probari
Conuici, ne plębs Regi parere negaret.
Nunc tamen hoc ipſum repetam, dum ſacra Coronę
Myſtica nudabo, de qua ſum pauca locutus
Hactenus, atq; id mirari vel iure poteſtis,
Cur nam de gladio, ſceptro, maloq; diſertus
Ædendis fuerim, prope de diademate mutus
Interea, quum pręſertim celebranda Corona
Nomen huic acto dederit, famamq; diei.
Verum prudenter dilatum eſt hactenus illud,
Clarius exacto iam poſsim vt dicere ritu.
Nunc igitur, dum quę lateant arcana Coronę

Rega.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Regalis documenta canam, vos illa fauentes
Auribus appoſitis, pronaq́ꝫ addiſcite mente.
Principio, Regi ſubiectos, eſſe Coronam
Conſtat: vt ipſe ſuum decus, atq́ꝫ Coronam
Credentes vocat æthereo Rex miſſus olympo
Chriſtus: eũq́ꝫ ſequens, quos Chriſto adduxit ouantes,
Paulus ait decorare caput ſibi, vt aurea ſerta:
Nam vere, iudex qua Chriſtus luce redibit,
Quando ſui accipiet mercedem quiſq́ꝫ laboris,
Tum quoſcunq́ꝫ Deo quis adegit, habebit eoſdem
Ceu capiti impoſitam, ſi ſit pius ipſe, Coronam.
Hęc ſit pręſulibus curę, non flaccida mitra,
Nobiliusq́ꝫ pedum cœleſtia dogmata iactent.
Nam pręſunt Regno, non mundi, at ſpirituali
Chriſti legati: ſed qui ciuile gubernat
Rex mundi imperium, populoſq́ꝫ mucrone tuetur,
Vertice conſpicuam recte gerit ille Coronam
Signantem populos, quos ferro, ac iure gubernans
Nomenq́ꝫ eximij Regis, laudemq́ꝫ meretur.
Gemma Magiſtratus omnes, ac ſtemmate cretos
Nobilium pingit, plębęos innuit aurum.
Quã pulchra eſt, quando manet integra tota, corona?
Deciſumq́ꝫ nihil perit auri, & nullus Iaſpis
Excidit: ornatus Rex fœliciſsimus illa.
Si tamen & fruſtrum cadat auri, ſiue berillus
Vnicus, aut plures, nondum deſtructa Corona
Prorſus erit, pars illa quidem fœdabitur atro
Conculcanda luto, ſed adhuc dicenda Corona
Vertice Regis erit, reſtaurabitq́ꝫ ruinam.
Nec minus & ſi qui de plębe reſiſtere Regi,

Nobiliumue auſint (alto Deus omen ab axe
Mitior auertat) tandem ipſi clade peribunt
Horribili, natiq; gement, ſeriq; nepotes.
Punit enim, ac delet vindex Deus ipſe rebelles.
Rex autem docili mox pectore ſanior inde
Conſurget releuante Deo, munuſq; ſuperne
Commiſſum decorabit inexpugnabilis hoſti,
Hoſti, quem grauis ira Dei, & ſibi conſcia praui
Mens feriet, mœſtoq; trahet fœtore ſub orcum.
Cæſari vt Henrico quando impia bella Rodolphus
Conſilio mouit papę, diuinitus ipſe
priuatus dextra periuria teſtificanti,
Terrentiq; reum ſubit atrę limina mortis:
Victor at Henricus retinet concredita ſceptra.
Sic perit Abſolomes quoq;, patre tuente Coronam.
Deniq; ſic omnes pereunt qui dona laborant
Irrita dementi cæleſtia reddere cura.
Quę tamen hic minime ſpero euentura, nec ad rem
Expoſui, ſed erant monſtranda arcana Coronę.
Vos, precor, vnanimes capiti Diademata Regis
Impoſita a vobis ipſis defendite cuncti:
Viuite fœlices, concordes creſcite ſemper
Ipſi etiam, veſtriq; extendite Regis honorem:
Sic bene quadrabit capiti ſua grata Corona,
Sic Rex, ſic populus, ſic omnis & incola fœlix,
Sic regnum florens erit, atq; immune pericli.
Si modo, quod ſurſum quoq; ſuadet aperta Corona,
Subſidium ſimul æthereum, flatumq; ſacratum
Rex, populuſq; petent animo, condentq; fideli:
Siq; Deum veraq; fide, ſanctoq; timore

Per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Perfuſi ſine fine colent, Chriſtumq; ſequentur,
Et, ſpretis mundi illecebris, cæleſtia quęrent,
Vtq; decet, Chriſti admonitu meliora probabunt.
Vt quondam formoſa Eſter, quam Perſicus heros
Reginam ex humili ſibi conditionc Darius
Legerat, ac gemmis veſtitam ornarat, & auro:
Deforis illa quidem Reginam veſtibus egit,
Et caput ornari fulua ſibi paſſa Corona eſt,
Quo Regni, Regiſq; ſui ſeruiret honori:
Verum intus pia corda Deo ſuper aſtra leuabat,
Atq; libens vno ſeſe oblectabat in illo,
Sidereiſq; bonis guſtatis, omnia fluxa,
Quę vanus miratur homo, ſapientior inde
Spernebat facile, & pro ſorde putabat olente,
Frigidaq; ad pręſens regnum, cœleſte flagrabat.
Tu quoq; Rex aude ſpretis terreſtribus altum
Cor offerre Deo, dumq; hoc fungere per artus
Munere, dumq; inſigne geres regale Coronam,
Viue memor natum te ſanguine ſontis Adami,
Quem tulit atra ſequens mors pœna, ſed inde nouatis
Per Chriſtum reſtare nouum ſuper æthere regnum:
Mittat opem Deus ipſe ſuam clementer egenti
Deſuper, oro, pater, natuſq;, & ſpiritus almus:
Cui decus, & meritę ſint cuncta in ſæcula laudes.
Finierat, Regiq; data fœlicia pręſul
Optabat dextra: tum raucas ædere voces
Extemplo cępere tubę, tunc organa pulſa
Multiſona æthereum Regi gratantur honorem:
Teq; Deum laudamus, ei chorus accinit omnis,
Cumq; choro alternos modulantur & organa verſus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

In medio tamen Antiſtes canit vnus ad aram:
Saluum fac populum alme tuum Deus, idq́ miniſtri
Confirmant, benedicq́ tuis hæredibus, aiunt.
Porro, vbi finem habuit dictus cantoribus hymnus
Ille, & ei lætum ſucceſſerat alleluia,
Rurſus ibi ſellam aggreditur, nactuſq́ volumen
Sacra Euangelij recitat Rex verba, micantem
Rite tenens dextra gladium, diſcitq́ per illud
Irrita nequaq̃ reddi ſua iura, ſed inde
Firmari magis, vnde & factus alacrior enſe
Tradito Euangelium ſimul, addictoſq́ tueri
Conſtituit populos, & Chriſti inſiſtere iuſsis.
Lecto Euangelio cantantur ſymbola lætis
Inuictę fidei, & gratę pro tempore laudes.
Mox quoq́ (nam ſolito non facta eſt concio more,
Vt neq́ cœna, quia hæc elapſa haud conſulit hora,
Phæbus enim celſus medium prope ſcanderat axem)
Ad ſanctam Triadem canitur præfatio ſacra:
Cui ſanctus, ſanctus, ſanctus, chorus accinit omnis.
Tandem vbi ſortita eſt tardum ceremonia finem,
Antiſtes canit haſce Deo per carmina grates:
Omipotens Deus æternos tibi panginus hymnos,
Qui nos collato recrearis munere tanto,
Teq́ ſimul petimus, noſtrę vt firmare vigorem
Digneris fidei, ſanctiq́ benignus amoris.
Inſuper & Regem noſtrum, populoſq́ colentes
Illius imperium clęmenti lumine cernas
Per Chriſtum natumq́ tuum, noſtrumq́ patronum.
Fiat, ait chorus: inde iterum conuerſus is inquit:
Rex tibi cunctipotens benedicat, te tueatur,

Illuſtret,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Illuſtretq́ ſua facie, placidoq́ fauore
Conſpicuus, donetq́ ſuę te munere pacis.
Fiat, & hic habili chorus addit gutture, fiat.
Subiungitq́ orans: pacem da tempore noſtro;
Nam ſine te Deus ô noſter fœlicia nemo
Pro nobis, en, bella geret, te fidimus vno.
Tandem vbi facta quies, heroa ibi denuo pręſul,
Vt grates pro pace data, belliſq́ ſopitis,
Exhorratur, agat domino, pacemq́ precetur
Poſt quoq́ frugiferam tribuendam cœlitus ipſi.
Deinde ſacros ritus hos, mentemq́ altus eorum
Cogitet, & replicet ſibi, nec tremat eſſe prophanos,
Illicitoſq́ pijs, vt vulgus clamat ineptum.
Imprimis humili fugiat Rex pectore faſtum,
Conſcius & proprij ſibi ne ſeſe efferat ortus,
Norit ſe, timeatq́ Deum, qui tollit, & idem,
Quos viſum eſt, premit: & preſsis ſe prębeat æquum:
Viuat ſollicitus, neq́, dum fortuna ſecunda eſt,
Lapſu committat facili, quod numinis iram
Accerſat, pœnamq́ ipſi, populoq́ ſequenti.
Trita terat celebris veſtigia Regis Iobi,
Qui, dum continuant hylares conuiuia Nati,
Anxius in pietate monenſq́ precanſqué laborat
Conſeruare rudes, ne laxo corde timorem
Excutiant, teneramq́ fidem per gaudia vana.
Rex plębis curam gerat, & regat ipſe vagantes
Iuſticię cuſtos: miſeris pater omnibus adſit,
Nec, dum lætus aget conuiuia, Lazarus illi
Deſpiciatur inops: Exemplum luceat altum
Virtutis populo ſublimi in ſede locatus.

Pręci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Pręcipue templis ſit deditus, atq; lycęis:
Atq; miniſterium conſeruet amabile verbi.
Sic Deus æthereo ſua munera largus ab axe
Poſcenti adijciet, ſic pręmia magna reponet:
Puniet at prauos tandem, perdetq; Tyrannos
Sanguine pollutos inſonti, hoſteſq; ſacrorum.
Quippe Magiſtratu fungenti haud eminus ille
Iuſtus adeſt, proprio nimirum in munere vindix,
Diſſona ſi legi præſtat, ſin conſona, tutor,
Conſeruans iuſtos, eradicanſq; malignos.
Talibus inſtructum monitis heroa ſacerdos
Dimittit, precibuſq; Deo commendat amicis.
Crompius inde ſtatim prodit Marſcalcus, & alto,
Spectanti populo grates agit, ore diſertus.
Tum, verſa ad plębem ſella, conſedit eadem
Denuo Rex, equiteſq; auratos octo creauit.
Tandem, vbi nemo ſibi fuit illum paſſus honorem
Amplius imponi, finitis omnibus, Heros,
Ecce, ſacrum egreditur limen, geſtatq; Coronam
Vertice iam fuluam celſo, ſceptrumq; verendum
Armata dextra, precinctus & enſe micante:
Sed malum prefertur ei, quod fulget ab auro.
Sicq; ferocem flectit equum, lataſqué plateas
Aurato tectus cœlo, gemmiſqué coruſco
Peruehitur, ſequiturqué ducũ, procerũqué equitantũ,
Nympharum quoqué, quas amplę vexere quadrigę,
Magna cohors: tuba magnifico ſonat incita cantu,
Tympana pulſantur, plectro organa ſuaue reſultant,
Bombardę pręgrande ſonant, & gaudia clamant,
Ipſę ædes, ipſi ſilices quoqué cœlitus vnctum

Certa:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Certatim Regem, celſæꝗ ad tecta feneſtrę,
Dum tranſit, merito incuruę dignantur honore.
Quin & par alta decurrit ab arce draconum
Horribile, igniuimoꝗ volans Regem ore ſalutat.
Taliaꝗ heroem decorant ſpectacula multa,
Donec, marmoream tandem ſuſceptus in arcem,
Æthereis recreatus adit conuiuia donis,
Et, Procerum cum cætu, authori concinit hymnos.
Poſt triduum, cum iam conuiuia Regia magnis
Exhibita hoſpitibus finem accepere beatum,
Tunc etiam cupidę dantur ſpectacula plebi.
Mane forum, iuxta quod curia publica fulget,
Cæruleo ſublimis equo, & radiantibus armis
Cernitur ingreſſus Rex haſtas frangere longas,
Et ſimul Auguſtus dux, & bellator Adolphus,
Atꝗ alij Regis comites virtute mouentur,
Dum pręludit ibi tantum ad certamina iuſta.
Verum, vbi de medio ſol inclinabat olympo,
Sol, qui detentis totum imbribus, atꝗ ſerena
Fronte coronati ſpectauit Regis honorem,
Quiꝗ & iam ſpectator adeſt, & ab æthere lucet,
Ecce iterum ſublimi heros tum prodit ab arce,
Stratoꝗ altus equo, gemmiſqué, auroqué relucens,
Innumeroſqué inter proceres, agileſqué miniſtros
Procedens Amacenſe forum petit agmine magno.
Tota ibi concurrunt homines ex vrbe, videreꝗ
Inter ſe certant (neꝗ vanum id iudico) Regem:
Regis enim natura bonis inſeuit amorem
Pectoribus, Regem nemo niſi noxius odit,
Dum facit officium, neꝗ ſe per facta Tyrannum

Declarat, iuſti ſolos odere Tyrannos,
Si qui ſunt in principibus, clariſqꝫ monarchis.
Ergo vbi Rex noſter, de quo ſpes omnibus ingens
Affulget pietatis, adeſt, accurrimus vltro
Spectatum, canimuſqꝫ arcano pectore Chriſtum,
Qui nobis illum dedit, atqꝫ ardentibus ipſum
Proſequimur trepidi votis, dum ſæpe videmus
Aligero huc illuc agilem volitare caballo,
Flectiqꝫ in gyros, & acutę cominus haſtę
Se quoqꝫ per plenos haſtatum opponere curſus.
Tu nequicquam audes illi concurrere Ranſou,
Namqꝫ prius detruſus equo cadis, atqꝫ triumphum
Victus ei, populiqꝫ applauſum cedis ouantis.
Vt nec Iohannem, quę pridem gloria, Bildem
Iam quoqꝫ ſuſcepit, nam vicit Ruthius illum:
Nulli adeo conſtans ſeruat fortuna fauorem.
Verum vbi multa auidæ ſpectacula talia plæbi
Sunt oſtenſa, ſimul proceres heroa ſub arcem
Ducunt marmoream feſſi, & conuiuia cępta
Continuant, neqꝫ nocte ſilent ibi publica lætis
Gaudia principibus, verum tunc ecce Dracones
Accenſum igniuomos volitare per aera cernas.
    Craſtina cum vero lux alto a ſole recepta eſt,
Quę Iouis illuſtri retinet ſibi nomen ab aſtro,
En, breuiata ſtatim poſt prandia, ſtructa theatra
Purpureis pannis, nymphiſqꝫ prementibus illos
In veteri nituere foro, cui curia iuncta eſt:
Atqꝫ ibi mox viſi proceres, & Danica pubes
Cōmatis in equis, armiſqꝫ nitentibus omnes
Conſpicui, tereti concurrere cominus haſta,

Fran-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

Frangereq́ꝫ artifici, ſociorum in corpore, dextra
Vibratas tædas, laudemq́ꝫ, decuſq́ꝫ referre.
Nam quiſquis plures hoc luſu fregerit haſtas,
Obtinet is victor palmam, applauſumq́ꝫ meretur.
Rex itaq́ꝫ innumeras confringere cernitur ipſe,
Cernitur Auguſtus ſimul, & Danouius heros
Truncatas monſtrare manu, dum meta recepta eſt.
Atq́ꝫ é nobilibus Regni quoq́ꝫ frangere multi
Conſpiciuntur ibi multas, dum præpete curſu
Haſtatus preteruolat aduerſarius, haſtas,
Veſpere gemmatis decorandi hinc tempora ſertis.
Tandem cum ſatis illa diu certamina finem
Viſa popoſcerunt, aciem tum ductor Adolphus,
Dux quoq́ꝫ Iohannes, iunctuſq́ꝫ his Luccius vna
Protinus iuſtituunt, & prȩlia ludicra miſcent,
Atq́ꝫ iubent plænis inflari claſsica buccis.
Tunc ibi conſpicias heroas viribus vti.
Dextraq́ꝫ artifici radians infligere ferrum,
Et gladios arcere truces, atq́ꝫ enſibus enſes
Inſerere, & ſonitum percuſſo reddere ferro,
Dum varia nunc hos, nunc illos arte laceſſunt.
Talia per plures ſpectacula Regia nobis
Durauere dies, at nunc mea feſſa Thalia
Finem amat, atq́ꝫ aliȷs alia hinc memoranda relinquam
Vatibus, hȩc varȷs qui mirabuntur in oris.
Te, precor, o Regum decus, vt Rex autor olympi
Conſeruetq́ꝫ, regatq́ꝫ diu, tibi ſubiuget hoſtes
Tartareos victor, te mundi fraudibus atris,
Carniſq́ꝫ illecebris exemptum lucida Chriſti
Sceptra videre ſinat clȩmens, eademq́ꝫ vereri.

Tu nobis, velut arbor, eas, quę vitrea propter
Flumina ſuccreſcit foliȷ̄s, fructuq; decora,
Queq; ſuos late diducit in aere ramos,
Poſsit vti gratam cunctis animantibus vmbram
Feſsis a ſeſe, & victum prębere cupitum,
Cum maleſuada fames, & amor grauis vrget edendi.
Namq; hac laudatum depingit imagine Regem
Fatidicus Daniel, populo quaſi præbeat vmbram,
Dum fert ſubdium bonus, & victum almus egenis.
Paſtor ita & celebri populorum dictus Homero eſt,
Dȷ̄ quoq; pſalmographo Reges a Rege vocantur,
Quando Dei præſint ſubiectæ nomine plebi.
Suauiloquo a Xenophonte bonus pater eſſe iubetur,
Qui princeps audire bonus, non improbus, ambit.
A patre tutelam ſoboles expectat, & omne
Vitæ ſubſidium fidenti poſtulat ore.
Nos quoq; pauperibus te Rex fore credimus æquum;
Nos per ſidereum docto præcordia flatum
Agnita ſperamus tibi Chriſti membra futura,
Teq; illis placidum fore, non fœtentibus hircis,
Qui tumidi pergunt mundo petulanter abuti,
Verum ouibus Chriſti, coniunctū his indole ſancta,
Præſtaturum animo ſemper bona quæq; paterno.
Sicut aues vná volitare videmus, eædem
Quas ornant plumæ: ſicut ſua cuiq; fouetur,
Palpaturq; caro, teq; ipſum haud oderis vnq̄:
Sic iuſtus iuſtos amat & iuuiſſe laborat,
Ceu ſua membra, licet capitis viliſsima Chriſti
Fœdat eos facies, nam Chriſtum agnoſcere gaudent
Et crucifixum in ȷ̄s; verum hos odere prophani,
Mun-

Mundanoſq; ſui ſimiles rapiuntur amare,
Mundanis temere largi ſua cuncta profundunt,
Amplaq; ad inuiſum ſuperis dant munera faſtum.
Tu vero Frederice, pio qui patre niteſcis,
Laudatoq; ſatus maiorum ſtemmate, magnam
Spem largire tuis veræ pietatis, & almæ
Iuſticiæ, faxit Deus, alto cælitus igni
Diffuſo, hanc etiam de te ſuperare vouentum
Spem poſsis hominum, ſanctumq; æquare parentem.
Hæc ego de ſceptro, cum gens Ditmarſica fauſtis
Auſpicijs a Rege nouo repreſſa domatur,
Haphniaca cecini grata otia nactus in vrbe,
Meq; ſimul patriq;, & Nato oſtendere gratum
Hoſpitij memor, & Danorum extendere laudes
Pieridum ſtudui per munera ſacra ſororum,
Teq; dati cantare Deus pro Regis honore
Teq; rogare, iuues vt Regem, noſq; per illum
In vera pietate fauens, & pace gubernes.

Finis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

PSALMVS XX.

In quo ſuauiſsime pro Rege ſuo Deum inuocare populus introducitur. Verſu glyconico, & aſclepiadeo redditns.

Moeſtum te Deus audiat,
Afflictumq́ iuuet, deq́ ſuo tibi
Cælo fidus opem ferat,
Grata & pinguis ei victima ſit tua:
Cumq́ in triſtibus anxie
Perturbatus eum cladibus inuocas,
Cordi ſat faciat tuo,
Nec non conſilium promoueat tuum.
Te nos incolumi ſimul
Exultabimus, & propitio Deo
Læti ſigna locabimus:
Quare cuncta, precor, vota tua, impleat.
Nunc agnoſco, ſuo pius
Quod Chriſto dominus præſidium tulit,
Suſcepitq́ throno e ſuo,
Robuſtaq́ volens iuuit eum manu.
Sunt, qui curribus, & feris
Innituntur equis: Nos at in vnico
Spem fixiſſe iuuat Deo.
Vnde &, quando cohors illa ferox cadet,
Nos perſtabimus hoſtium
Victores. placitum quæſo pater iuua
Regem, noſtraq́ ſentiat
Lætus vota, tuam cum petimus manum.

AMEN.

Deo Laus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)

2106.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2106 4° (LN 1440 4° copy 1)